

uelo auer, segund que fallaren en verdad, que el testador auia voluntad de les mandar, si el testamento ouiesse fecho.

(a) L. 11, tit. 5, L. 2, tit. 9, lib. 3, y L. 3, tit. 8, lib. 4, del F. R.

(b) Como ya no se cree en hechicerías ni encantamientos, no procede esta causa de desheredación.

(a) El concubinato, lejos de estar permitido, se considera justamente como un delito gravísimo, habiéndose corregido la antigua opinión pública con la reforma de las costumbres. Véase nuestra nota 2.^a al proemio del tit. 14, P. 4. De consiguiente la concubina en la actualidad no tiene otra consideración que la ignominia, y por tanto no procede hoy la desheredación por haber yacido con la concubina del padre, injustamente considerada como la mujer legítima en el caso de esta ley, que en este punto juzgamos haber caducado por lo que dejamos expuesto.

(d) Será del Estado, no del Rey, pero en el caso de haber otros herederos legítimos, que á falta del hijo debieran heredar, pues el Estado es el último que hereda. Véase nuestra nota 3.^a á la L. 23, tit. 1 de esta Partida.

LEX IV.—Ingratitudinis multæ sunt species: quatuordecim assignantur, quibus liberi exheredantur vel prætereuntur à parentibus, ut in hac lege cum duabus legibus sequentibus. Hoc dicit.

(1) *Padres*. Intelligit de omnibus parentibus ascendentibus, ut in authent. *ut cum de appellat. cognoscit*. cap. *aliud quoque capitulum*, collat. 8.

(2) *Desheredar*. Et adde, quòd etiam istæ causæ excludunt filium à jure agendi ad supplementum, et à remedio l. *hac edictali*, in princip. C. *de secund. nupt.* secundum Bald. ibi, column. 3. et ex eisdem causis non cogitur pater ad alimenta filii, ut in l. *si quis à liberis*, §. *idem iudex*, D. *de libert. agnoscend.* l. 6. tit. 19. *Partit.* 4. et ex istis etiam causis filius perdit privilegium filii; unde si pater eum occideret, non teneretur lege Pompeja, *de parricid.* et idem si pater committeret aliquam causam ingratitudinis, ex qua posset à filio exheredari, quia ut in dict. l. 6. perderet jus petendi alimenta, et etiam perdet jus paternum, et filius patrem occidens non tenetur pena parricidii, secundum Bart. in l. *Divus*, D. *ad leg. Pompej. de parricid.* ubi idem dicit de collateralibus. An autem extra istas causas hic expressas, et aliis equè gravibus vel gravioribus filius possit exheredari? Vide per Jasonem in authent. *non licet*, C. *de liber. præterit.* column. 2. ubi dicit, communiter teneri, quòd sic, vide ibi latè per eum; licet Alexand. ibi tenuit contrarium: et pro dicto Alexand. satis urget l. 8. infra eod. et ibi dicam. An autem sit justa causa exheredationis, si filius ignominiosam uxorem duxerit? Vide Gloss. et Bart. quòd non, in l. 3. §. *si emancipatus*, D. *de bonor. possess. contra tabul.* et vide, quæ dixi in l. 10. et 11. ubi bonus textus, tit. 1. 4. *Partit.* Et quid si post ingratitudinem commissam filius fuit gratus patri, faciens sibi magna servitia? Vide per Bald. et Salicet. in l. *liberi*, C. *de inoffic. testam.* et si pater exheredavit filium ex justa causa, et postea se reconciliavit cum eo, quòd videatur adempta exheredatio, vide per Bart. in l. 3. §. *non solum*, in fin. D. *de adimend. legat.*

(3) *Manos yradas*. In cap. 5. §. *si quis*, in authent. *ut cum de appellat. cognosc.* unde ista sumpta est, dicitur, *si quis parentibus suis manus intulerit*, ex quo videtur, quòd non sufficeret, si leveret manus minando, si non esset inferendo; sunt enim hæc diversa, ut patet ex l. *item apud Labeonem*, §. *si quis pulsatus*, D. *de injur.* et ibi Angelus, qui dicit, non teneri tanta pœna manus levans contra aliquem, sicut si actum consumasset, per notata per Cynum, et Doctores in l. *si qui non dicam rapere*, C. *de episcopis, et clericis*. In contrarium tamen facit ista lex Partitarum, cum subdit, *para ferirle, o para prenderle*, et etiam l. 6. tit. 9. *Partit.* 7. ibi, *alcando la mano con palo, o con otra cosa para lo ferir, maguer non lo fiera, fazele muy gran deshonra*. Primum videtur verius, cum illæ istæ requirant manus injectionem seu illationem, quæ non verificatur in minatione vel levatione manus, quæ non est ita gravis injuria; et istud verbum *mele manos yradas* non benè verificatur, nisi realiter manus inferantur in parentem; facit etiam cap. fin. *de donat.* ibi: *impias manus infecerit*; et etiam ista lex, cum loquitur de injuria

verbali, inferius dicit, *maguer non le friesse*, et sic sentit, primum procedere, cum actualiter manus sunt injectæ; facit etiam l. 1. §. *si filius*, D. *de obseq. à liber. et libert. parent. et patron. præstand.* ibi: *vel impias manus eis infert*.

(4) *Palabras graueamente*. In dict. cap. 5. §. *si gravem*, dicitur, *si gravem, et inhonestam injuriam ei ingresserit*: unde tene menti istam legem Partitarum, quæ hoc exponit in injuria verbali gravi: sic etiam Joann. Andr. in dict. cap. final. *de donation.* super glossa in verbo *atroces*, column. 3. exponit illum textum, cum dicit *atroces injurias*, de verbali contumelia, quem ibi sequuntur alii Doctores: sic etiam intelligit dictum §. *si gravem* Alexand. consil. 205. volum. 2. incipit, *super themate*. Quæ autem sit gravis injuria verbalis, collige ex notatis in §. *atrox*, *Instit. de injur.* et in l. 20. tit. 9. 7. *Partit.* et ut hic vides, non quælibet injuria verbalis facta per filium sufficeret, sed debet esse gravis: et si vocavit patrem proditorem, dicitur gravis injuria secundum Alexand. in dict. consil. dicens, quòd tali casu non potuisset esse quasi gravior injuria, cum ex hoc, si verum esset, pater esset decapitandus; nam censetur, quid esse grave, vel leve, ex qualitate pœnæ, l. 2. D. *de publico judic.* l. *auxilium*, D. *de minor.* Gloss. in l. *adeo*, D. *de regul. jur.* cum aliis ibi per Alexandrum allegatis: et multum est in hoc attendenda consuetudo regionis, ut cognoscatur, quæ sit levis, vel gravis injuria, Angel. in l. *levia*, D. *de accusation.* l. *sunt quedam*, D. *de extraord. crimin.* qui est ad hoc melior textus, quam sit in jure, secundum Bald. in l. 2. in fin. C. *de nozalib.* Item si filius vocaret matrem affacturaticem, quæ vulgò dicitur *hechizera*: vide Gloss. juncto textu in l. 1. D. *de obseq. à liber. parent. præstand.* et adde de injuria facta parentibus l. 1. tit. 9. lib. 8. *Ordinam. Regal.*

(5) *Si lo acusasse*. In dict. cap. 5. §. *si eos*, dicitur, *si eos in criminalibus causis accusaverint, quæ non sunt adversus Principem, vel rempublicam*.

(6) *Morir, o ser desterrado*. Non ponitur hoc verbum in dict. §. *si eos*, et per hoc videtur, quòd loquitur de accusatione in capitulibus causis, juxta l. 2. D. *de publico judic.* requiritur ergò, quòd delicti accusati sit talis, ex qua veniat imponenda mors naturalis vel civilis, ita quòd perdatur vita vel civitas; unde etiam si esset pœna abscissionis membri, cum in propriè dicatur pœna capitalis, cum ex eo non perdatur vita vel civitas, ut notat Bart. in dict. l. 2. non possit filius exheredari, licet de crimine inferente amissionem membri parentem accusaret: in contrarium tamen facit l. 3. tit. 2. 3. *Partit.* ibi: *fueras ende si entendiesse, que la manda era tal, de que pudiesse nacer muerte, o perdimiento de miembro, o ensfamamiento, etc.* Item etiam l. 18. tit. 4. ead. *Partit.* ibi: *de muerte, o de perdimiento de miembro, o de echamiento de tierra*. Item etiam l. 12. tit. 5. ead. *Partit.* ibi: *sobre que pueda venir sentencia de muerte, o de perdimiento de miembro, o desterramiento de tierra para siempre*. Item et expressim l. 11. infra eod. ibi: *o perder algun miembro*; et in multis aliis legibus istarum Partitarum, ubi reperies semper æquiparari pœnam mortis, vel abscissionis membri. Facit etiam ista eadem lex, cum inferius dicit, *enfamandolo*; unde istam partem credo veriore, et quia textus in dict. §. *si eos*, non dicit in *capitalibus*, sed in *criminalibus* causis: et si pro injuria verbali gravi potest exheredari filius, quanto fortius ex accusatione ad membri abscissionem? Unde supplenda est in hoc lex ista per alias leges, et quòd dicit *desterrado*, intellige de perpetuo exilio; hæc est enim mens istarum legum Partitarum, cum loquuntur de exilio: et si crimen esset leve, de quo accusaret filius patrem, non videtur, quòd procederet hæc pœna, si ex eo non sequeretur infamia, arguendo l. *si magnum*, et l. *si sororem*, C. *de his qui accusar. non poss.* et etiam istius legis Partitarum.

(7) *Enfamandolo*. Ex hoc patet, quòd si ex accusatione, seu condemnatione posset sequi infamia contra patrem, potest filius exheredari; unde procedit hoc, etiam si parens non accusaret de crimine capitali, sed de alio inferente infamiam, et fortè procederet ex generalitate hujus legis, et ex eo quòd habetur in l. *sed si hac*, §. *Prætor ait*, D. *de in jus vocando*, si sequeretur tantum infamia apud bonos et graves, et facit l. 2. tit. 5. et l. 2. tit. 6. infra, 7. *Partit.*

(8) *Si fuere fechizero*. In dict. cap. 5. §. *si cum maleficis*, habetur: *si cum maleficis hominibus, ut maleficus versatur*; Gloss. verò in cap. *Quintavallis*, *de jure jurando* posuit separatim istos duos casus: si cum maleficis versatur, si maleficus efficiatur: et istud intellectum approbat ista lex.

(9) *Encantador*. Qui sunt incantatores, habes in l. 1. §. *medicos*,

D. *de var. et extraordinar. cognit.* ibi: «non tamen si incantavit, si imprecatus est, si (ut vulgari verbo impostorum utar) *exorcizavit*, non sunt ista medicinæ genera, tametsi sint, qui hos sibi profuisse cum prædicatione affirmant,» de his etiam vide C. *de malefic. et mathematic.* per totum, ubi Angel. in l. *eorum*, notat per incantationem animum mulierum ad libidinem flecti: et subdit, ideò non trufferis, cum audis istas facturas fieri, quia veræ sunt; vide etiam ibi in l. *nulli*. ubi Angel. summat, *qui Dæmonis incantavit, aliàs invocavit, vel per imagines cereas incantavit, punitur*; ibique subdit super glossa: Nota benè contra facientes imagines ceræ, qui pingendo eos, vitas hominum labefactant, et ideò non derrideas ista.

(10) *Se trabajasse de muerte de su padre*. In dict. cap. 5. §. *vel vitæ* habetur, *vel vitæ parentum suorum per venenum vel alio modo insidiari tentaverit*, et ponitur hic attentatum, licet non sit sequutus effectus.

(11) *Con yeruas*. Venenosis scilicet, ut in l. *ejusdem*, §. 1. ubi Bart. distinguit genus veneni, D. *ad leg. Cornel. de sicar.* l. *quod sape*, §. *veneni*, D. *de contrahend. emptio.* l. *capitalium*, §. *venerari*, cum gloss. D. *de pœnis*.

(12) *Por su amiga*. Vide, quæ dixi in l. fin. tit. 24. supra, 4. *Partit.* in gloss. antepenult.

(13) *O si enfamasse*. Suprà dixit de ista infamia, quæ sequeretur ex accusatione criminali, nunc verò loquitur de infamia extrajudiciali. Adverte tamen, quòd in dict. cap. 5. §. *si delator*, unde ista l. sumpta est, hoc non sic habetur, sed dicitur ibi: *si delator contra parentes filius exilerit, et per suam delationem gravia eos dispendia fecerit sustineri*, unde videtur dicendum, quòd ista lex Partitarum restringatur ad formam, et dispositionem illius, de qua sumpta est; vel dic, quòd hæc lex apertius declaret illam: et sic, si ex diffamatione, vel ex delatione filii parens sustineat magnam jacturam suorum honorum, filius possit exheredari, et iste videtur verus sensus hujus litteræ; vel dic, quòd etiam hæc lex velit, quòd non solum quando ex tali diffamatione, vel delatione actualiter parens sustinuit talem jacturam, verum etiam si ex parte filii diffamantis, vel deferentis fait data occasio, ut hoc fieri posset, filius possit exheredari: et probatur ibi, cum dicit: *porque el padre ouiesse a perder, etc.* Et idem crederem, si ex tali diffamatione, vel delatione immineret periculum parenti sustinendi aliquam pœnam corporalem à iudice per sententiam, cum talis pœna sit major quavis pecuniaria, l. *in servorum*, in fin. *de pœn.* Si verò crimen, de quo filius diffamaret parentes, esset leve, unde ista sequi non possent, non videtur, quòd filius possit exheredari ex diffamatione extrajudiciali citra accusationem, argumento l. 8. tit. 6. 7. *Partit.* et hujus l. supra, cum dixit de injuria verbali gravi. Tu cogita, quia passus iste in terminis, quibus lex ista loquitur, dignus est consideratione; vel dic, quòd si ex diffamatione filii etiam extrajudiciali parenti sequeretur infamia facti juxta formam l. 2. tit. 6. 7. *Partit.* quòd etiam ex ista causa filius posset exheredari, ex verbis et mente istius legis Partitarum hic et superius, cum dixit: *enfamandolo, etc.* licet de jure communi hoc non ita reperiat cautum, quando infamia sequeretur citra accusationem: sed potest dici, quòd cum diffamare aliquem, sit eum injuriari, ut in l. *item apud Labeonem*, §. *ait Prætor, ne quid infamandi causa*, D. *de injur.* hoc idem comprehendebatur de jure communi, cum in dict. cap. 5. §. *si gravem*, dictum fuit *si gravem et inhonestam injuriam eis ingresserit*: benè tamen placet, ut dixi, quòd diffamatio de crimine levi non sufficeret ad exheredationem per prædicta.

(14) *Le buscasse tal mal*. Deferendo parentem, ut dixi, et habetur in dict. cap. 5. §. *si delata*, et ex generalitate hujus legis Partitarum idem esset, si alio modo, quam ex delatione hoc damnum procuraret parentibus.

(15) *Puestas en el testamento*. Et non tenetur exheredans in testamento, exprimere locum, et tempus commissæ ingratitudinis, vel delicti per filium, quia hoc non reperitur jure expressum; hæres tamen debet probare locum, et tempus, argumento l. *item exigit*, D. *de dolo*, et l. *Prætor*, in princ. D. *de injur.* et cap. *presentium, de testib.* lib. 6. et secundum Alexand. ubi refert consilium quoddam Baldi in consil. 205. 2. vol. vers. *confirmando*, et idem tenet Socin. 5. vol. consil. 105. colum. fin.

(16) *En quanto pudiere*. In dict. cap. 5. §. *si quemlibet*, dicitur: *in quantum esse qui petitur, probatur idoneus*, unde non esset inspicendum, an se obliget ultra quintam partem bonorum, dato quòd

habeat, filios legitimos, non enim hoc est donare, sed id facere, ad quod filius ex debito pietatis, et ne exheredetur, tenetur; facit l. *non usque adeò*, D. *si quis à parente fuerit manumis.* vide per Bald. in l. 2. C. *si in fraud. patron.*

(17) *De la prison*. Idem si ab excommunicatione, cum sit gravius ligamen animæ, quam corporis, secundum Joan. Fab. in authent. *si captivi*, C. *de episc. et cleric.*

(18) *Ca a las mug res*. Nota istum textum ad id quòd dixi in l. 3. tit. 12. 5. *Partit.* in glos. quòd ob piam causam mulier non possit pro alio fidejuberere. Nota etiam, quòd licet renuntiando Vellejano, et legibus disponentibus mulierem non fidejuberere pro alio, perdat hoc beneficium, ut in dict. l. 3. non tamen licet non renuntiet, poterit à patre in hoc casu exheredari per istam legem, quæ noluit eam adstringere ad talem renuntiationem; quòd multum nota ad similia.

(19) *E non lo puede fazer*. Quia decessit in ipsa prohibitione sine possibilitate faciendi liberè testamentum, ut declaratur in dict. cap. 5. §. *si convictus*, ibi: *si autem in ipsa prohibitione*.

(20) *Perder el fijo*. Sequitur Gloss. in dict. §. *si convictus*, et l. 1. D. *si quis aliquem test. prohib.* et l. 2. C. eod. et vide supra ead. *Part.* tit. 1. l. 26. et 27. et quæ ibi dixi.

LEY V.—Como el padre puede desheredar al fijo, si se fiziere juglar contra su voluntad, o de las otras razones por que lo puede fazer (a).

Juglar (1) (b) se faziendo alguno contra voluntad de su padre, es otra razon por quel padre puede desheredar su fijo; pero si el padre fuesse juglar (2), non podria esto fazer. E esso mismo seria, si el fijo contra la voluntad del padre lidiasse por dineros (3) en campo con otro ome, o se auenturasse por precio a lidiar con alguna bestia braua. E otrosi, quando el padre quisiesse casar su fija, e la dotasse, segund la riqueza quel ouiesse, e segund que pertenesciesse (4) a ella, e a aquel con quien la quera casar; si ella contra su voluntad del padre, dixesse que non quera casar (5), e despues desto fiziere vida de mala mug: r en puteria (6), poderla y a el padre desheredar (7) por tal razon. Pero si el padre alongasse el casamiento de su fija, de manera que ella passasse de edad de veinte e cinco años (8), si despues desto fiziesse ella yerro, o enemiga de su cuerpo, o se casasse contra voluntad de su padre, non podria el desheredarla por tal razon; porque semeja, que el fue en culpa del yerro que ella fizo, porque tardo tanto que la non caso. E otrosi dezimos, que seyendo algun ora e furioso, o loco, de manera que andouiesse desmemoriado, e sin recabdo; si los fijos, o los otros que descien den del por liña derecha, non le guardassen; o non pensaren del en las cosas quel fuere menester; si otro estraño se mouiesse (9) por piedad, o que ouiesse duelo del, doliendose de su locura e de su mala andança, e lo lleuasse a su casa, e pensasse del; si este atal despues desto rogasse, e afrontasse a aquellos que descendiesen del furioso sobre dicho, que pensassen de su pariente; si ellos non lo quiesessen fazer, e el furioso muriesse sin testamento, este sobre dicho que lo lleuo a su casa, e que penso del, deve auer todos sus bienes del furioso e los parientes que lo desampararon, non deuen auer ninguna cosa. E si por aventura, este atal tornasse en su memoria ante que muriesse, podria desheredar por esta razon, a aquellos que lo deuan heredar por derecho, si non errassen contra el. E aun dezimos, que si este atal que fuera desmemoriado, ouiesse fecho testamento en antes que cayesse en la locura, e

en aquel testamento ouiesse establecido por herederos a sus hijos, o algunos de los otros que descendiesen del por línea derecha; si el furioso muriese despues en casa del extraño que pensaua del, non vale el testamento quanto es en el establecimiento de los herederos; ca non deuen ellos (10) auer la heredad, mas aquel extraño que penso del, e le ayudaua, en cuyo poder murio. Mas bien valdria el testamento, quanto en las otras mandas que el testador sobredicho ouiesse fecho en el.

(a) L. 11, tit. 1, lib. 3 del F. J. — L. 5, tit. 1; L. 11, tit. 5, y L. 2, tit. 9, lib. 3 del F. R.

(b) Esta disposicion non se halla derogada ni en desuso, sino que se halla del todo vigente, pues aunque hoy se pretende dar consideracion á los cómicos, la opinion pública non ha dejado de mirarlos como personas de inferior condicion.

LEX V. — Octava causa exheredationis est si quis se fecit ioculatorem, patre hoc officium non exercente. Nona, si pro pretio cum homine, aut cum fera bestia propugnauit. Decima, si patre filiam maiorem viginti quinque annis maritare nolente, ipsa meretricalem vitam elegit. Undecima, si filius patrem furiosum alimentare, seu custodire noluit. Hoc dicit.

(1) *Inglar* Istos in dict. cap. 5. §. *si præter*, appellat minos, ut sunt saltantes, et representantes in scena, ut in l. 2. §. *ait Prætor*, D. de his, qui notant infam. et hos ibi Angel. vocat ioculatores, et repelluntur isti à promotione ordinum, ut in cap. *maritum*, 53. dist. ibi: *aut in scena lusisse dignoscitur*, quod notanter Bald. in l. *si fratres*, C. ex quibus caus. infam. irrog. limitat in maioribus ætate; et quod parcendum sit minoribus, ut illi possint promoveri ad ordines; et istos Baldus vocat ioculatores. Et idem videtur quoad istam legem, ut intelligatur de maioribus, non de minoribus, per dict. l. *si fratres*: et donare istis histrionibus vitium est immane, cap. *donare*, 86. dist. et vide Chrysost. super Mathæum Homil. 49. colum. penult. et fin. et intellige istam legem, quando filius in hac professione permanserit, prout etiam habetur in dict. §. *si præter*. Videtur etiam ista lex limitanda in his iaculatoribus, qui sine delecta sui ludibrium faciunt; isti enim sunt infames, ut in dict. §. *ait Prætor*: qui autem cum delecto, ex eo quod in loco omnes intrare non possunt ad videndum, ut est exemplum, cum in militia, et actu doctoratus alicujus magna sunt convivia, et intra domum canitur vel saltur; tales enim non sunt infames, ut declarat Angel. in dict. §. *ait Prætor*: et hoc etiam probatur in l. 4. tit. 6. 7. *Partit*. ubi declaratur de istis ioculatoribus pretio recepto, seu causa quæstus: requiritur enim, quod assuefecerint se in arte ista, ut declarat Innocent. et ibi Abb. loquentes quoad promotionem ordinum, in cap. *cum decorem*, de vita et honest. Cleric. secus autem secundum eos, ubi in occulto hoc fecissent, maxime ad complacentiam infirmi. Idem dicit Innocent. si semel, vel pluries in publico hoc fecerit, dummodo non assuefecerit se; quod Abbas ibi Emitat, nisi in publico saltem bis illam artem causa quæstus exerenerit, nam efficeretur infamis, argumento i. *palam*, D. de ritu nuptiar.

(2) *El padre fuesse juglar*. Nam nihil dolosus doloso, nihil Catalina Cetego, ut etiam tradit Gloss. in dict. §. *si præter*.

(3) *Lidiassé por dineros* Ut erant arenarii, l. *in arenam*, C. de inoffic. testam. et in dict. §. *si præter*, sunt enim infames, qui causa quæstus in certamina descendunt, dict. l. 2. §. fin. D. de his, qui notant infam.

(4) *Segund la riqueza quel ouiesse, e segund que pertenesciesse, etc.* Teue menti istam legem, ut scias qualiter dicatur, quod pater dotet competenter filiam, et adde l. *si filia pater*, D. de legat. 3. non ergo legitima erit meta dotis; vide quod dixi in l. 8. tit. 4. in glos. super parte a otro, circa fin. 5. *Partit*.

(5) *Que non quera casar*. Hoc idem habetur in dict. cap. 5. §. *si alicui*, ibi: *et illa non consenserit*. Quid tamen si hoc non contigit, scilicet quod pater antea quam filia pervenisset ad ætatem 25. annorum, non se obtulit maritare et dotare filiam, quia fortè facultas non se obtulit, vel aliàs hoc fieri non potuit, seu factum non fuit etiam negligenter per patrem; an tunc filiam luxuriosam vitam eligens an-

te 25. annos, possit exheredari à patre? Ista littera videtur innuere, quod non; quod verò subditur, *pero si el padre alongasse el casamiento*, innuit contrarium, cum pater non videatur negligens, neque culposus usque ad illam ætatem: et ita intelligit hoc Gloss. in dict. §. *si alicui*, et est glossa finalis super parte *si alicui*; et est de mente Glos. in cap. *Quintavallis, de iurejurand.* et probatur in l. *si filiam*, cum authent. *ibi posita*, C. de inoffic. testam. et ad istam legem, et ad dictum §. *si alicui*, in verbo *si alicui*, potest dici, quod intelligantur, quando pater hoc fecisset, etiam quando filia haberet ætatem 25. annorum, et per eam stitisset, nolens nubere cum eo, quem pater volebat; et si filia esset minoris ætatis, suppleendum ad hoc esset *maximè*, quia idem esset, si pater ante dictam ætatem ad hoc se non obtulisset.

(6) *En puteria*. In dict. §. *si alicui*, non ponitur istud verbum, sed dicitur: *luxuriosam degere vitam elegerit*; unde videtur, quod lex ista Partitarum requirat, ut locum possit habere exheredatio, quod filia in lupanari turpiter vivat, ad hoc l. *ancillarum*, D. de petitione hæred. et sic quod in loco publico meretricetur; quod videtur durum, cum sufficere debeat ad causam exheredationis, quod filia vitam luxuriosam etiam extra locum lupanaris faciat; et istud videtur verius, et juxta ll. juris communis, et mentem ipsarum, de qua ista sumpta est. Intelligit ergo istam legem juxta dictas ll. juris communis, dict. l. *si filiam*, C. de inoffic. testam. et dict. §. *si alicui*, et quod hic dicit, *en puteria*, non intelligas pro loco publico lupanaris, sed intellige, quod filia faciat malam vitam meretricando; et sic quod intelligatur, *en puteria*, id est luxuriosè vivendo, seu meretricando; et probabitur filiam luxuriosè vivere per locum à communiter accidentibus, ut quia passim iuvenes accedebant ad iuvenulam cum fama publica, secundum Bald. 2. vol. *consiliorum*. consil. 255. neque excusabitur secundum eum, si dicat, quod non potuit cognosci, quia erat arcta; nam licet stuprum non sit consummatum, sufficit conatus, allegat cap. 1. §. *item si fidelis, quib. mod. feud. amittat* et quod sine contactu corporalis immixtionis potest vita luxuriosa, indecens, et inhonestam intervenire, l. *non tantum*, §. *si emancipatus*, D. de honor. posses. contra tabul. l. *athletas*, §. *Pomponius*, D. de his, qui notant infam.

(7) *Desheredar*. Sed an mater, quæ similiter esset meretrix, possit filiam ob meretricatum exheredere? Bald. post Bart. per textum ibi in l. *in arenam*, C. de inoffic. testam dicit, quod non; idem tamen Bald. in l. *si filiam*, C. eod. dicit, quod si tempore mortis mater erat correcta, et ad honestam vitam redacta, quod tunc poterit filiam exheredare, cum non debeat tunc reputari turpis persona, et ultima consuetudo inspicienda sit, l. *mella*, §. 1. D. de animen. legat. et idem tenet ibi Angel. post Guilliel. per 1. *imperialis*, in princ. §. *tales*, C. de nupt. Quid autem in ipsa filia, quæ ob luxuriosam vitam poterat exheredari, si ipsa ante testamentum patris, eo vivo, ad honestam vitam rediit, an etiam tunc poterit exheredari? Videtur quod non, ex notatis per Specul. lit. *qui filii sunt legitim.* §. 1. col. 4. vers. *quid si ipsa peniteat de peccato*, ubi concludit, tali casu patrem teneri ad alimenta, et sic vult, quod non possit exheredari, cum ista ambulet pari passu, l. *si quis à liberis*, §. *si quis ex his*, D. de liber. agnos. et similiter tali casu pater tenebitur eam dotare, secundum Abb. in cap. *Quintavallis*, col. 2. *de iurejur.* quia causa dotis non minus favorabilis est, quam causa alimentorum. Baldus novell. in suo tractat. *de dote*, fol. 15. col. 2. in 16. speciali privilegio, vult idem in dote, licet non alleget Abb. ubi supra, et respondit ad dictum §. *si alicui*, dicens, quod illa dispositio non debet extendi ad istum casum dotis, ne matrimonium impediatur; et sic innuit, quod licet filia tali casu adhuc possit exheredari, deberet tamen dotari, ne matrimonium impediatur. Alexand. verò de Imola relato dicto Hostiens. in l. 1. col. 9. num. 53. infert ex eo, quod filius, qui ingratitude in commissit, adeo quod exheredari possit, si tamen vivo patre penitentiam agat, vel ante testamentum conditum, non poterit exheredari; et satisfacit per hoc dicto seu illatione Alexand. dictus §. *si præter*, ibi: *et in hac possessione permanserit*; et facit quod notat Bald. in l. *fratres*, vers. *quæro quid si institutus*, C. de inoffic. testam.

(8) *Que ella passasse de edad de veinte e cinco años*. Quid si de consuetudine patrie filia maritatur usque ad vigesimum annum, et filia post istud tempus nupsisset, patre ignorante vel contradicente, cum indigno; an propter hoc possit exheredari? Baldus novell. in tractatu *de dote*, in 16. speciali privilegio, fol. 15. col. 2. te-

net, quod non, ne aliàs per indirectum tollatur ipsi filie libertas matrimonii, quam libertatem non potest impedire jus civile, ut notatur in cap. 1. *de sponsal.* ubi Add. hoc tenet; secus tamen secundum eum, si filia non expectavit tempus consuetum secundum morem patrie, vide ibi per eum (licet non in ista materia), quod attendi debeat consuetudo patrie circa ætatem, qua mulieres maritentur, vide per Alexand. consil. 20. col. 2. vol. 2. incipit, *viso processu*; ætas tamen ista 25. annorum expectabitur, adhuc etiam stante dicto more regionis, si filia inhonestam vitam elegerit meretricando secundum Bald. novellum, ubi supra.

(9) *Otro extraño se moviesse*. Quid si nullus procuraret furiosum? Dic quod etiam adhuc hæreditas est: auferenda filiis, ut notat Gloss. in authent. *liberi*, C. de episcopal. audient.

(10) *Non deuen ellos*. Intellige, si sint majores decem et octo annorum, ut infra eod. l. proxima.

LEY VI.—Como el padre, o el auuelo pueden desheredar a sus hijos, o a sus nietos, si non le quisieren sacar de captiuo (a).

Captiuando (1) algun ome, o muger, que ouiesse fijo, si los hijos fuessen negligentes (2), non auiedo cuydado de redimir su padre, o su madre, o lo dexassen captiuo, podiendolo redimir, si despues desto saliere este atal de poder de los enemigos, puede por esta razon desheredar sus hijos. Mas si por aventura muriese en poder de los enemigos, aquellos que le deuien heredar, que fueron negligentes en sacarle de captiuo, non deuen heredar (3) ninguna cosa de los sus bienes. Mas el Obispo de aquel logar, onde era natural este que murio en la captiuidad, deue entrar todos sus bienes, e fazer ende escrito cierto de quantos son; e despues desto, deuelos vender todos, e dar el precio en redencion de captiuos (4). Ca, pues que este que era señor, non se aproueche de sus bienes, nin fue redemido dellos, bien es que sean otros redemidos (5) en su logar. E lo que diximos en esta ley de los hijos, entienda tambien de los otros parientes, que auian debdo de parentesco con el captiuo. Otrros dezimos, que si alguno, ante que cayesse en captiuidad, ouiesse fecho testamento, en que ouiesse establecidos algunos por sus herederos; si muriese en poder de los enemigos, non lo queriendo ellos redimir, non valdria el testamento quanto en el establecimiento de los herederos, mas valdra (6) en las otras cosas, segund diximos en la ley ante desta, que fabla del furioso. E la pena, que diximos en esta ley, e en la que fabla del furioso, deuen auer tan solamente los parientes, e los herederos, que son mayores de diez e ocho años (7), e non los otros que fuessen menores desta edad, maguer errassen assi como sobredicho es. E non se pueden ende excusar los herederos sobredichos, maguer digan, que non rescibieron mandado de los captiuos, para vender (8), o obligar sus cosas, por razon de quitillos. Ca sin su mandado las podrian ellos vender, e obligar, tambien como las sus cosas proprias; assi como dize en el titulo de los Captiuos, en las leyes (9) que fablan en esta razon.

(a) L. 11, tit. 5, y L. 2, tit. 9, lib. 3 del F. R.

LEY VI.— In hac l. ponitur duodecima causa exheredationis, si filius patrem captiuum redimere valens nolit. Hoc dicit.

(1) *Captiuando*. Sive capiatur ab hostibus, sive à latronibus, seu piratis, seu alia privata persona, quia ille qui patitur, quem in carcere mori, videtur eum necare, secundum Bald. in auth. *si captivi*.

C. de Episcopis, et cleric. et idem die, si condemnatus à iudice detineatur in carcere, ut lædio carceris affectus veniat sorturus, l. 1. C. qui bonis ceder. poss. l. 5. §. *tutores*, D. de suspect. tutor. Bald. ibidem, col. 1. quia ex quo carcer pecunia redimitur, habebit locum ista lex; secus, si detineatur in carcere, ut quia est ei inflata pœna perpetui carceris, vel ad tempus, quia non cadit luitio, nisi inveniatur compositio, vel si detineatur pro investigatione delicti, l. 2. C. de exhiben. reis, Bald. in dict. authent. *si captivi*, et etiam Paul. de Cast.

(2) *Negligentes*. Quid si iste carceratus, vel captivus fuit similiter negligens, quia ipse poterat se redimere sine aliorum auxilio, et neglexit? Bald. in dict. authent. *si captivi*, dicit, quod tunc parcendum est aliis, si eum non redimant, argum. l. 5. D. *mandati*, et cap. 2. *de fidejus*. Si tamen constaret, quod ipse noluisset redimi, tunc diceretur filius, vel conjunctus negligens, si ipse non redimat; et ipse, vel hæres scriptus privaretur hæreditate ejus. ar. un. l. *is qui reipub. causa*, l. 2. et quod ibi notatur, D. *ex quib. caus. major. etc.* secundum Bald. ubi supra.

(3) *Non deuen heredar*. In dict. cap. 2. §. *si unum de prædictis*, dicitur, *illos ad successionem ejus venire non patimur*: in authent. *si captivi*, C. de Episcopis et cleric. dicitur, *sed etiam lege denegatur ejus successio*, ex quo patet, quod tales filii, vel conjuncti, seu hæredes scripti sunt insuccessibiles ipsi captivo ipso jure absque alia sententia; unde supervacua est quæstio, quam in hoc ponit Bald. in dict. authent. *si captivi*, an isti sint indigni, est insuccessibiles ipso jure, vel per sententiam, ut etiam advertit ibidem Paul. de Cast.

(4) *El precio en redencion de captiuos*. Non ergo hæreditas devolvitur ad sequentem in gradu, ex quo lex ista auert existenti in primo gradu, ad quem hæreditas pertinet, et defert eam ad Episcopum, vel ecclesiam in redemptionem captivorum; quia cum lex privat, potest, in quem vult, conferre, secundum quod declarat Paul. de Cast. in dict. authent. *si captivi*.

(5) *Bien es que sean otros redimidos*. Nota istam rationem, quæ etiam ponitur in iuribus, unde ista lex sumpta est, scilicet in dict. authent. *ut eum de appellat. cognoc.* §. *si unum de prædictis*, et potest ad alia induci.

(6) *Mas valdra*. Tenet enim ejus testamentum, licet capti ab hostibus, quia fingitur decessisse præambula hora captivitatis, l. *lex Cornelia*, D. de vulg. et pupill.

(7) *Mayores de diez e ocho años*. Et non competit eis restitutio in integrum, si post istam ætatem etiam ante vigesimum quintum annum negligant secundum Bald. in dict. authent. *si captivi* col. 2. et sufficit, si patre existente captivo iste ætas compleatur, secundum eum ibidem; quia obsequium filii erga patrem habet tractum successivum, non instantaneum.

(8) *Vender*. Istud verbum non ita exprimitur in dicto §. *si unum de prædictis*, neque in dict. authent. *si captivi*, ubi dicitur: «qui autem redimere student, si proprias non habeant pecunias, super quibus habet rebus ipsius in eam causa rectè contrahunt.» Et sic limita istam legem, quando isti filii, vel conjuncti proprias non haberent pecunias, et inducit Bald. in dict. authent. *si captivi*, ad fidejussorem non habentem unde solvat, et timentem se poni in carcerem quod possit vendere bona principalis, l. *si procuratorem*, §. *si ignorantes*, D. *mandat*.

(9) *En las leyes*. Non ita benè, sicut hic, ibi hoc explicatur.

LEY VII.—Como el padre puede desheredar al fijo, que se tornare Moro, o Judio, o Herege (a).

Herege (1), o Judio, o Moro, tornandose el fijo, o el nieto, si el padre fuesse Christiano, bien lo puede desheredar por esta razon: mas si el padre fuesse Herege, o de otra Ley, e los hijos, e los nietos fuessen Catholicos (2), estonce el padre es tenudo de establecer (3) a estos hijos atales por herederos, maguer non quiera. E si por aventura el padre ouiesse hijos que fuessen Christianos, e otros que lo non fuessen, otrros los Catholicos deuen heredar (4) del padre, e los otros non auran ende ninguna cosa. Pero si despues desto se tornassen a la Fe (5), deuenles dar su parte de la he-